Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

est ad eum: Qui ait: Tolle filium tuum. Venit illa et cecidit
ad pedes eius et adorauit super terram: tulit que filium suum. et egres
sa est. Heliseus uero reuersus est in galgala. Sedria Johes.
Nullo t. Dixit ihs turbis. Operamini non cibum qui pit: sed q
permanet in uitam eternam: quem filius hominis dedit uobis. Hunc
enim pater signauit ds. Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus ut
operemur opera dei: Respondit ihs et dixit eis. Hoc est opus
dei: ut credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo eum. Quid ergo
tu facis signum: ut uideamus et credamus tibi: Quid operaris:
Patres nri manducauerunt manna in deserto. sicut scriptum
est. Panem de celo dedit eis manducare. Dixit ergo ihs.
Amen amen dico uobis: non moyses dedit uobis panem uerum de
celo: sed pater meus dat uobis panem uerum de celo. Panis enim
dei est qui descendit de celo: et dat uitam mundo. Dixerunt
ergo ad eum. Dne: semper da nobis panem hunc. Dixit autem eis
ihs. Ego sum panis uite. Qui uenit ad me non esuriet. et
qui credit in me non sitiet umquam. Feria vi. t. numeri.
Haec dicebat ut conuenerunt filii israel ad moysen et aaron et
uersi in seditionem dixerunt. Da nobis aquam. ut bibamus.
Ingressus que moyses et aaron. dimissa multitudine taber
naculum fedis. conuenerunt prui in iram: clamauerunt que
ad dnm. atque dixerunt. Dne ds audi clamorem pli huius:
et apri eis thesaurum tuum fontem aque uiue. ut saciari cesset
murmuratio eorum. Et apparuit gria dni super eos. Lo
cutus que est dns ad moysen dicens. Tolle uirgam. et congre
ga plm tu et aaron fratrem tuum et loquimini ad petram
coram eis et illa dabit aquas. Cumque educeris aquam
de petra bibet omnis multitudo et iumenta eius. Tulit

184